

reponi, darique uti peplus, itidemque condi-
ri solet: ac eisdem quoque vires habet.

De Chamaesyce. CAP. CLXX.

CHAMAESYCE, quam aliqui Sycen no-
minant, ramos emittit quaternum di-
gitorum, per terram stratos, teretes, lactei
fucci plenos: folia lantis figura, peplo simi-
lia, parua, tenuia ac terrae inherentia: semen
sub foliis rotundum, ceu pepli: radicem te-
nuem ac superuacuam: sed neque florem,
neque caulem promit. Rami ex vino triti &
in pessō appositi, yluæ dolores sedant: cœde-
mata vero, pensiles verrucas & myrmecias
illiti tollunt. Elixī autem si comedantur, al-
uum soluunt. Sed & corundem succus, simili
effectu prodest: prætereaque illitus, aduersus
scorpionis ictum auxiliatur. Valet & contra
oculorum hebetem aciem, itemque caligi-
nem, incipientes suffusiones, cicatrices ac
nubeculas, cum melle inunctus. Cæterūna
in petrosis aridisque nascitur.

De Scammonia. CAP. CLXXI.

SCAMMONIA ramos ab uña radice mul-
tos profert, ternum cubitorum, pingues
& quadantes hirsutos: foliis itidem hir-
sutis, helixinæ [cissampeli] aut hederæ simi-
libus, sed mollioribus ac triangulis: floribus
albis, rotundis, in modum calathorum con-

II. j.

cauis & graueolentibus: radice prælonga,
 crassitudine brachiali, candida & graui o-
 doris, laeteaque succi plena, qui quidem le-
 gitur hunc in modum: Capite exempto ra-
 dix ita cùltero incauatur, ut excauatio lensim
 à latiore orbe in acutum desinat, proinde
 que in id cauim confluit succus, qui con-
 chis demum excipitur. Alij postquam sero-
 bes in terra concamerato sinu effoderunt,
 iuglandum folia infernunt, in qua radicis
 incisa succus diffundatur, eumque inibi sic-
 catum tandem auferunt. Bonitate præstat
 qui pellucidus est ac leuis, rarus & colore
 glutini taurino similis, rimulis fistulive te-
 nubus atque fungosus, qualis scilicet ex
 Mysia regione Asia deportatur. Neque vero
 in probatione animaduertere solùm par est,
 vtrum linguae tactu albescat: (hoc enim eue-
 nit etiam ad misto titthymali succo) sed longe
 magis antea commemoratis attenden-
 dum est: itemque si non vehementer lin-
 guam excalfaciat exuratve: id quoq; & mis-
 titthymali argumentum est. Natiōne autem
 Syriacus & Iudaicus deterrimi habentur,
 graues, densi, erui farina & titthymalo adju-
 terati. Succus drachmæ viii aut quater-
 num obolorum pondere haustus ex aqua pu-
 ra aut mulla, per inferna bilem pituitamque
 extractus. Soluendæ alui gratia, binos obolos
 cum

cum sesama aliōve semine sumpsiſſe sat est.
 Efficacioris etiam purgationis cauſa dantur
 ſucci tres oboli, cum veratri nigri duobus &
 aloës drachma vna. Fiuat & purgatorij ſa-
 les, drachmis viginti ſucci ſeaminopix in
 ſeruos ſalis cyathos adiectis. Horum modus,
 proportione virium: integrus quidem, co-
 chlearia tria: medius, duo: minimus, vnum.
 Purgat & radicis drachma vna aut altera
 cum iis quae fit tulinius Iphius quoque de co-
 cito nonnulli eibunt. Ex eadem decocta
 in acco conſtituta cum hordeacea farina
 cataplasma fit ifchiadicis uile. Succus au-
 tem iuvelue appositus in lana, partus enecat:
 tubercula quoque diſcurit, cum melle oleo-
 ave perunctus. Eodem de cocto in aceto illitæ
 leptæ auferuntur. Sed & eodem caput con-
 tra diuturnum dolorem ex aceto & rosaceo
 irrigatur: & florit.

De Chamela.

CAP. CLXXII.

CHAMELA, quam alij pyros achnen
 seu acneston, alij coccon Cnidion ap-
 pellant, fructus est è cremiorum genere, ri-
 mis dodrantibus, folijs oleo, similitudi-
 ne nihil habentibus, at tenuioribus, densis & a-
 maris, qua gustat alinguam mordent & ar-
 teriam abradunt. Huius folia, per infernā
 pituitam bilineaque detrahunt, maxime que
 si in catapotio allumantur. Vni ſiquide
 li. ij.

chamelææ parti duplum absinthij adiicitur ex hisque aqua aut melle exceptis catapotia singuntur: & ea quidem in ventre non liquescunt conficiuntur: sed prout deuorata fuerint, ita per aluum egeruntur. Cæterum foliis tritis mellèque exceptis vlcera fôrdida crustosaque purgantur.

De Thymelæa. CAP. CLXXXIII.

THYMELÆA, quam aliqui chameleam, alij pyrosachnen seu enestron aut enoron vocant, granum Gnidium, quod ipsius semen est, colligitur. Hoc EVboenses Ætolium, Syri apolinum, alij linum vocant, quoniam frutex suapte natura satui lini similitudinem referat. Virgas edit speciosas, numerosas, tenues, ac ferme binum cubitorum altitudine: follis chamelææ, sed angustioribus & pinguioribus, quæ inter mandendum quadantenus viscosa & glutinosa percipiuntur: floribus candidis, ac inter ipsos fructu ceu myrti paruo, rotundo, inter initia quidem viridi, tandem verò rubente: cuius inuolucrum durum ac nigrum est, medulla autem alba. Per infernabilem, puitam aquâisque detrahit, viginti granorum pars hæc interna bibita, verùm fauces adurit: atque ideo cum farina polentave, aut in vuæ acino dari debet, aut cocto melle obducta deuorari. **Q**uibus autem ægrè sudores elicuntur,

elicuntur, eadem trita cum nitro & aceto
inungitur. At folia, quæ peculiariter Cneo-
ron appellantur, per messes colligi debent, &
siccata in umbra recondi. Sed si cui exhibere
placet, prius ea tundere, ac ipsorum quoque
fibras eximere conuenit. Vino diluto in-
spersa, acetabuli modo aquosa detrahunt:
sed moderatiū purgant, admista lenti coctæ
& contritis oleribus. Eadem trita vix acer-
bæ succo excipiuntur, & in pastillos coacta
reponuntur. Herba stomacho infesta: partus
subdita necat. Nascitur in montosis & aspe-
ris. Hallucinantur porrò qui grauum Gni-
dium Chameleæ fructum est: existimant,
decepti quadam foliorum similitudine.

De Sambuco. CAP. CLXXIIII.

SAMBUCI duo genera: ac unum quidem
in arborem aslurgit, surculos spargens a-
rundinaceos, teretes, quadantenus cauos,
candentes, prælongos: folia terna quater-
nâve ex interuallis circa virgas singulas ex-
eunt, nucis inglandis foliorum similitudine,
graueolentia, magisque incisa: in summis
autem surculis caulinisve umbellæ sunt
circinatae rotunditatis, in quibus flores can-
didi, tandemque fructus terebinthino simi-
lis, ex nigro purpurascens, racemosus, suc-
sus vinolusque.

Li. iii.

De Chamaeete, seu humili Sambuco.

C A P . C L X X V .

Alterum genus Ebulus, Græcis chamaeete, vocatur, idque humile ac longè breuius, & ad genus herbaceum proprius accedens, caule quadrangulo, crebris distincto geniculis: foliis per interualla circa singula genicula utrinque expansis, iisque amygdalinis, at in ambitu serratis, longioribusque & graui odore: in cacumine vero umbella, flore ac fructu sambuci: radice nititur longa, crassitudine digitali. Eadem verique vis & usus, exiccans nimirum & aquas alio detrahens: at stomachum offendunt. Folia oleorum more cocta, pituitam bilémque purgant. Sed & caules teneri in patinis cocti, eadem præstant. Radix in vino decocta & in cibis data, hydroponicos adiuuat. Prodest & contra yiperarum morsus, eodem pota modo. Decocta vero ex aqua ad infusum, vuluam emollit, eiusque spiracula patefacit, ac ipsius denique vitia emendat. Acini in vino poti, eundem præbent effectum: denigrant & capillos inuncti. At folia recentia molliaque illita ex polenta, inflammationes mitigant: ambustis & canum morsibus illita prosunt. Ulcera vero sinuosa glutinant, & iis qui podagra tentantur cum seu taurino aut hircino illita prosunt.

De Pycnocomo. — CAP. CLXXXVI.

PYCNO^{MON} folia habet erucæ, sed
aspera, crassæ, acrioraque; caulem qua-
drangulum, florem ocimi: semen marrubij:
radicem migrat, rotundam, [intus] palli-
dam, exigui mali figura, terram olentem.
Nascitur in saxosis lotis. Semen tumultuosa
grauiaque somnia facit, yna drachma po-
tum. Discutit & cedemata, impositum cum
polenta: neccnon & spicula & adactos corpo-
ri aculeos extrahit. Imposita quoque folia,
tubercula furunculosque discutiunt. Cæte-
rū radix eius in aqua mulsa drachmarum
duarum pondere, aluum soluit & bilem exi-
nanit.

De Apio. — CAP. CLXXXVII.

APIOS, aliis ischas, aliis chamæbalanos,
aliis montanus aut sylvestris rapha-
nus, aliis denique linozostis, ramulos duos
sive tres in terra spargit, iunceos, tenues, ru-
bentes & paululum a terra sece attollentes,
foliis ruitæ, oblongioribus tamen & angu-
stioribus, herbaceis: semine paruo: radice
haftula regia & ad pyri formam accedente,
rotundiore tamen, lacteique iucci plena,
cortice extra quidem nigro, intus vero can-
dido. Superior pars eius a lumpa vomito-
ne bilem pituitamq; extrahit: inferior, per
aluū. Tota vero sumpta, xtraq; parte purgat.

ii. iiiij.

Liquorem si libet excipere, radices tundito,
 & crateri aquæ inditas agitato, ac liquorem
 qui supernat, penna collectum exiccato.
 Huius sesquiobolus potus, per superna in-
 fernaque purgat.

De Cologynthide.

CAP. CLXXXVIII.

COLOCYNTHIS, aliis cucurbita sylvestris, aliis amara cucurbitula, aliis cucurbita Alexandrina, sarmienta foliaque emitte per terram strata, satiui cucumeris similia, in cisluris diuisa: fructum vero rotundum, mediocris pilæ similitudine, vehementer amarum: quem legere oportet, cum experit ad pallidiorem colorem vergere. Fruetus medulla purgandi vim habet, si eius quatuor oboli ex aqua mulsa sumantur, vel additis nitro & myrra melle decocto excipiuntur & in pilulas cogantur. Ipse vero pilæ arefactæ teruntur, & ut ille infunduntur clysteribus ad coxendicum dolorem, paralysin & coli vitia: ut quæ pituitam, bilem, strigamentaque, interdum etiam cruenta, elicant. Sublitæ exdem, fecitus enecant. Quod si quis unam exempta medulla obducatur luto, in eaque acetum ac nitrum feruefaciat, decocti ius illud dentium doloribus collitione proderit. Si mulsa aut passum in eadem decoquatur & sub diuo refrigerescat, po-

tu crassum humorem strigmentaque alui detrahet: stomacho tamen supra modum aduersatur. Sed & subdita ex ea balano alui excrementa euocantur. Virentis denique succus prodest coxendicu[m] dolori, si infri-
ctur.

De Epithymo. CAP. CLXXIX.

EPITHYMVM, flos est thymi durioris & satureiae similis: capitula autem habet tenuia ac leuia, caudas spargentia quasi capillaceas. Potum id cum melle, detrahit pituitam bilémque atram per inferna, priuatim utile melancholicis & inflatis acetabuli mensura ad quatuor drachmas, cum melle, sale & aeti exiguo. Plutimum in Cappadocia & Pamphylia gignitur.

De Alypo. CAP. CLXXX.

ALYPVM, herba est è creniorum gene-
re, subrubra, gracilibus surculis, ac te-
nuibus foliis, flore molli ac leui plena: radice
ceu betæ, tenui, atri, lacteo succo referta: se-
mine ceu epithymi. Gignitur in maritimis,
maximeque Libyæ, vberima: quamquam &
aliis quoque locis plurimis prouenit. Semen
atram bilem per inferna purgat, si pondere
epithymo pari, additis aceto & sale, surratur:
verum interanea leuiter exulcerat.